Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



279

In anniuersario dedicationis ecclesie.

Deus qui nobis per singulos annos huius templi tui dedicationis reparas diem. et sacris semper mysteriis repraesentas incolumes exaudi preces populi tui. et pia. ut quisquis hoc templum beneficia petturus ingredietur. cuncta se impetrasse letetur. per. Alia.

Dominus qui nos ad annuersarium diem consecrationis huius ecclesie ibusdem uenire. eccle populi. ut quicquid in tuo nomine impetratum peccatis. suisque tuae petebat impetrum. per. Alia.

Dominus qui de uiuis atque electis lapidibus ciuium maiestati tuae condis habitaculum auxiliare populo supplicanti. ut quod ecclesie tuae corporalibus proficit spaciis. spiritalibus amplificet augmentis. per. Alia. Quesumus omnipotens dominus. ut hoc in loco qui nomini tuo dedicatus est cunctis petentibus auditis tuis petentis accommodare dignaris. per. Alia. Deprecemur.

Pro peccatis in aliena.

Exaudi domine quesumus gemitum populi supplicantis. ut qui de meritorum qualitate diffidunt. non iudicium sed misericordiam sentiant. per. Alia. Succurre quesumus domine populo supplicanti. et opem tuam tribue benignus infirmis. ut sincera intentione deuoti. et presentis uite remediis gaudeant et future. per. Exaudi quesumus domine supplicum preces. et confitentium parce peccatis. ut parentibus nobis indulgentiam tribuas benigni et pacem. per. Alia.

Dominus qui iuste irascens et clementer ignoscens. afflicti populi lacrimas respice. et iram tuae indignationis quam iuste meremur auertere. per. Alia. Conserua quesumus domine populum tuum. et ab omnibus quas merentur aduersitatibus redde securum. ut tranquillitate precepta deuota intentione deseruiat. per. Alia. Afflictionem familiae tuae quesumus dominum mitende placatus. ut indulta uenia peccatorum. de tuis semper beneficiis gaudeat. Alia. Ab omnibus nos quesumus domine peccatis propitiatus absolue. ut per cepta uenia peccatorum liberis intentionibus seruiamus. per. Alia. Precibus nostris quesumus domine aures tuae pietatis accommoda. et orationes supplicum occultorum cognitor benignus exaudi. ut te laudante adunata puenuam semper. per. Alia. Preces quesumus domine populo tuo consolationis auxilium. et diuturnis calamitatibus laborantibus propitius respiraere concede. per. Alia. Quesumus omnipotens dominus. ut qui nostris fatigamur offensis. et merito nostre iniquitatis affligimur. pietatis tuae gratiam consequi meremur. per. Alia. Dominus qui nos conspicis intra propriam habitationem non posse subsistere. afflictos gemitus propitius respice. et mala omnia que meremur auertere. per. Alia.

Oremus eiusdem. Alia. Da nobis quesumus domine de tribulatione letitiam. ut qui diu pro peccatis nostris affligimur. intercedente beato. et. mitte tuo in tua misericordia respiremur. per. Alia.

Exaudi domine populum tuum totis intentionibus. ut corpore et mente purgatus. quod precedit tua gratia consequatur. per. Alia.

Purifica quesumus domine tuae corda fidelium. ut a terrena cupiditate mundati. et presentis uite periculis exuantur. et perpetuis domus firmentur. per. Alia. Clamantium ad te quesumus domine preces dignanter exaudi. et sicut nunc eis in afflictione positis pepercisti. ita et nobis in presenti tribulatione succurre. per. Alia.

Misericordiam quesumus domine populo tuo. et continuis tribulationibus laborantibus cedere propitiatione letifica. per. Alia. Auxiliare domine quesumus misericordiam tuam. et da uenia confitentibus. parce supplicibus. ut qui nostris meritis flagellamur. tua miseratione saluemur. per. Alia. Precamur quesumus omnipotens dominus. ut qui iram tuae indignationis agnouimus. misericordiae tuae indulgentiam consequamur. per. Alia. Tribulationem nostram quesumus domine propitius respice. et iram